

Quoniam autor huius Libri ea, quae in Italia, atque Hispania
 Theologis abiciuntur, nunc ab uno Molina perfecta, et in libro de
 concordia ab illo fuisse asserta, contendit, idcirco presenti opusculo clari-
 sime ostendetur, non modo eas propositiones nulla ratione fuisse a Mo-
 lina assertas, sed potius contrarias, et prorsus oppositas disertissimis
 Verbis ipm in eodem libro docuisse, non solum in 2.ª editione Libri An-
 tuerpiæ impressi, in quo hæc omnia amplius explicavit, sed etiam
 in ipso, quem Primum in Hispania in lucem edidit anno 1538. qui
 Ultrisipone typis mandatus est, et propterea huius impressionis paginas
 citabimus. Cum autem autor ille, quatuor ultimas propositiones,
 quae postremo loco referemus septus in suo libro contra expressa verba
 Molinae repetat, eas accuratius examinabimus.

Prima Propositio Autoris.

Hi theologi in omnibus operibus bonis, sibi ipsis tribuunt initia,
 Deo autem adiuuare, quod ipsi ceperunt pag. 132. et 139. et 331.
 et pag. 131. cum ergo isti Theologi confitentur initium operationis
 bonæ ita esse meum, quod non sit Dei.

Molina.



In concordia disp. 3. ad questionem 14. art. 3. pag. 39. totum
 oppositum confitetur, ex libro enim de ecclesiast. dogmat. dicit, initium
 salutis nostre Deo mirante habemus, et pag. 36. ex Concilio Triden-
 tino probat, exordium iustificationis a prevenienti gratia sumendum
 esse. et pag. 39. titulus disputationis sic habetur, Initium fidei
 ceterorumque actuum ad iustificationem pertinentium esse à Deo,
 et statim loquitur. ex dictis facile intelligitur initium actus cre-
 dendi, ut ad salutem oportet esse a solo Deo per gratiam prevenien-
 tem, et excitantem, etenim liberum nostrum arbitrium nisi a Deo
 modo precedenti disputatione explicato preveniatur, et excitetur
 non solum producere nequit eum actum, sed etiam quicquid ex
 sui naturalibus homo efficiat. Na. sicut auxilium illud sibi donari
 petat, aut ad illud recipiendum sataget, se disponere, sane id totum
 nullius est momenti, aut vigoris, ut ei gratia preveniens prop. honoi
 dispositiones impendatur, sed quoties confertur ex solis christi meritis,
 donoque Dei, ac preinde misericorditer omnino Na. Idem dixerat dis-
 put. 6. pag. 24. et pluribus eiusdem libri locis hoc frequentissime
 docet.

2. Propositio Autoris.

Constat hos Theologos tenere voluntatem in operando gratiam
precedere, pag. 31. et 32. et pag. 33. refert eorum sententiam
his verbis, Si loquamur de instanti nature prior est voluntas
quam gratia, Idem dicit pag. 102. et 103.

Molina

Disputatione 3. pag. 35. opus est ut saltem nature ordinatio precedat
illustratio supernaturalis in intellectu, et motio, seu affectio supernatura
lis ad illius agendum prebendum ex parte voluntatis, et toties hoc
repetit, ut in disputatione 39. pag. 243. hoc aduertat, his verbis, dixi
toties gratiam preuenientem quia preueniens est, tempore, vel natura
antecedere influxum liberi arbitrij, qm si sumatur ut posteriora tem
pore, vel natura sortitur rationem gratie cooperantis. et in appendice
pag. 27. Aduertendum igitur est ex auxilijs gratie, quibus pecca
tor indiget ut conuertatur quoddam dia gratie preuenientis, et ex
citantis, alia qre cooperantis, et adiuvantis. Auxilia gratie preuenien
tis non solum natura, sed etiam tempore antecedunt peccatoris con
uersionem.

3. Propositio Autoris.

Ex sententia illoorum Theologorum refert illa, scilicet gratia, dum
taxat intellectum illuminat, et a foribus voluntatem salutat, in
citat, et uocat, hec autem in liberum intrat arbitrium, quasi gra
quam illi concidunt, non intrat, sed intellectum dum taxat illu
minat, et pag. 449. ex eorum sententia dicit, gratiam preuenientem
esse cognitionem tantum.

Molina

Disputatione 3. pag. 35. Abscisiusmodi itaq; actum concurrat,
necesse est particulare auxilium gratie preuenientis atq; excitan
tis non solum ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis,
et pag. 37. cum vero voluntas non minus preuenienti gratia indi
geat, quam intellectus a liberoq; imperio ipsius pendeat, quod intellec
tus assensum prebeat ipsi que ad fidem spectant perfecte non minus
peccati motu preuenitur, atq; allicitur voluntas ut imperet assen
sum fidei, huiusmodi autem motum innuunt verba Concilij Tridenti
ni cap. 5. tangenti Deo cor hominis. Quia nomine enim cordis non

nudus intellectus, sed voluntas potissimum intelligitur. quod etiam probat ex Cornelia Arancio et disputatione. 12. pag. 59.

Atque huiusmodi accidit sponse et tunc potest sponsum in odorem unguentorum illius, que unguenta illustrationibus, inspirationibus, alijsq; auxilijs spargit, flagrantq; in interiori sponse, hoc est in intellectu, et voluntate, que sunt arbitrium quo in sponsum currit, ab ipso ea ratione post se suaviter attrahit.

4. Propositio Autoris.

Hoc eisdem Theologis tribuit, Deus non movet hominem ut convertatur, nec gratia movet liberum arbitrium. pag. 94. et 151. et 152.

Molina

Disputatione 39. pag. 242. At vero auxilium gratie preveniens ex parte, quia gratia preveniens est, est influxus Dei in liberum arbitrium, quo illud movet, et excitat, potestq; reddi, ut eo pacto motum tanq; habens iam in se ipso principium efficiens supernaturale, simul influendo ulterius eum producat, et disput. 3. pag. 37. expresse docet, gratiam prevenientem esse motionem qua Deus movet et disput. 42. et 43. id expresse tractat.

5. Propositio Autoris.



Pag. 3. Multi vero alij concedunt efficax auxilium non physicum sed morale, quod vocant inspirationem, vocationem. Haec quibus et similibus voluntas allicitur sed non trahitur, et pag. 272. qui asserunt Deum hominem eligere, quia pro sua libertate bonum eligit priusquam a Deo traheretur.

Molina

Disputatione 3. pag. 35. que duo, interna appellatio appellatur, illisq; mediantibus dicitur Deus trahere credentes ad fidem, et postea, quare nec tractatio et vocatio Divina tollunt libertatem arbitrij, nec liberum arbitrium sine attrahio^{ne} et vocatione divina posset eorum actus alligare, ad fidemque accidere. et disputatione 12. pag. 54. sensus autem verborum Christi est, premiserat nemo potest venire ad me.

per fidem utiq; quæ per charitatem operatur de qua ibi erat sermo)
nisi Pater qui misit me traxerit eum, auxilijs videlicet proventib;
gratie, atq; eo ipso qui trahitur cooperante. et postea pag. 493. idem
docet.

6. Propositio Autoris.

In pag. 106. sic habet. Contraria sententia aperte profitetur homi-
nem actibus ex viribus naturæ profectis gratiam iustificantem adi-
visi. et pag. 377. consequenter fatentur necesse esse hominem
viribus naturæ credere, et sperare.

Molina

Disp. 6. pag. 24. et 26. omnino oppositum aperte profitetur, et
his verbis Concilij Tridentini confirmat. Siquis dixerit hominem suis
operibus, quæ vel per naturæ humores, vel per legis doctrinam fiunt,
absq; divina per Jesum Christum grâ pde iustificari coram Deo, ana-
thema sit, et can. 3. si quis dixerit sine prevenienti spûs sancti
inpiratione, atq; adiutorio hominem credere, sperare aut diligere,
aut penitere pde sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur,
anathema sit. et Concilio Arausicano can. 5. et sequentibus
etiam ipsum initium fidei diffinitur, et ostenditur, esse non posse
absq; speciali auxilio Dei, et interim alias diffinitiones omittamus.
et disp. 33. pag. 252. ait, nostra igitur sententia anathema
censeri debetur, qui affirmaverit consensum arbitrij nulli Deo
excitanti, et vocanti per auxilium gratiæ prevenientis esse actum
naturalem, aut posse elici sine auxilio, et cooperatione eiusdem pre-
venientis gratiæ.

7. Propositio.

Pag. 39. qui astuere non verentur hominem ex sola innata
libertate diuinæ gratiæ convenire, et se ad illam ultima dispositione
preparare. et pag. 109. et 334. et 363. tribuit homines soli naturæ
viribus absq; ulla inpiratione pgrua ulto. preparare se ad gratiam.

Molina

Ita aperte oppositum astuit in disputatione 44. pag. 265. et 276.

ut post ponderationem locum concilij Tridentini, sic loquatur. Nescio
 quid apertius dici poterit ut intelligeretur ultimam dispositionem
 ad iustificationem, ad habitationem charitatis, et græ fieri a prævijs au-
 xilijs Dei. et pag. 275. veris. secundo quoniam, ita scribit, quo fit
 ut gratia qua arbitrium præuenitur excitatur, et adiuuatur in eo
 ipso instanti, in quo ellicat assensum, doloremue de peccatis, quo ult
 se disponit ad justificationis donum, nec fit habitus ipse charitatis, et
 gratie, quo fit iustificatur, nec influxus illius, sed auxilium,
 et motio, omnino distincta antecedens tum iustificationem ipsam, tum
 ultimam dispositionem, et influxum liberi arbitrij ad ipsam, et
 pag. 273. et 279. et 427. et sepe alias idem docet.

Propositio Autoris.

Pag. 139. Nonne in itijs operum quod superest gratie se mereri
 testantur, dum ad illud, quod est nature, illud quod est græ sub
 sequitur. et pag. 334. asserit huius sententiæ Doctores constituere
 meritum ex natura, et pag. 362. hanc propositionem eisdem docto-
 ribus tribuit. ipsum liberum arbitrium solis viribus suis ellicat sue
 operatione salutis ac pro eo quod bene cepit, gratiam promeretur,
 et gloriam.

Molina

Disputatione 6. ex professo aduersus Pelagium probat non solum
 non mereri hominem ex viribus nature gratiam, aut gloriam, sed nec
 quicquid ord^{is} supernaturalis posse effuere sine auxilio supernaturali, ibi
 q. pag. 24. ita habetur, liberum arbitrium cum solo concursu Dei
 generali nihil effuere potest non solum quod vitam eternam aut
 gratie incrementum promeratur, sed nec quod tanq^m ordinem
 ad finem naturalem transcendens, commensuratum cum fine su-
 pernaturali aliquo modo sit, etiam tanquam remota dispositio
 ad gratiam tam ex parte voluntatis, quam intellectus, sed ad id
 omne indiget auxilio et ope supernaturali. et post pauca. conclu-
 sio est. deside^r directe pugnant cum errore Pelagij, et q. 23. art. 4.
 disputatio 3. veris. Postumian^{is} extrait. q. non ex^{er} ex eorum me-
 ritis, sed ex mera libera voluntate Dei.

Propositio
 Pag. 272. Audiant igitur, qui accedunt, se facere Deum eligere



quia homo pro sua innata libertate bonum eligit priusquam a Deo
traheret ut electus.

Molina

Disp. 4. pag. 245. dicit esse errorem asseri nos eligere primum
que bona sunt, ut postea Deus, que sua sunt introducat. et ad
questionem 23. art. 4. et 5. pag. 466. ex professo probat totum
oppositum eius, quod auctor imponit, ita enim habet. Nec pro
inde, quod in Christo hoc potius elegerit in vitam eternam, quam
alios, nec idem, quod per Christum ea media eis conferre statue
rit, per que providebat eos pro sua libertate proventuros in vi
tam eternam, vlla datur causa ratio, aut conditio etiam sine
qua non ex parte usus liberi arbitrij ipsorum, aut aliorum pre
iudic. Ita. sed id totum in solam liberam, ac misericordem volun
tatem Dei est referendum, qui pro solo suo beneplacito id ita
voluit. et pag. 475. contrarium huius dixerat esse parum tutum
in fide, et quamvis pag. 463. et 467. respectu prescientie Dei recte
cum communium Patrum sententia admittat conditionem ex parte
cooperacionis liberæ, quoniam si illa non fuisset ex auxilio Dei
futura, Deus illam non pervenisset, negat tamen electionis
aut predestinationis vllam dari causam, de quo tractat in pag.
473. 474. 481. 486. 490.

10. Propositio Autoris.

Qui Theologi in bono opere libero arbitrio primatum adscribunt
non g^o. pag. iiii.

Molina

semper primatum et principalitatem Deo adscribit libero autem arbi
trio id quod minus principale est ad questionem 23. ar. 4. et 5. disp. 1.
pag. 423. inquit. Deus est auctor ac precipuus effector horum operum
secundum illud quod dicitur ad q. 14. disp. 23. pag. 29. dixerat, neganda est con
fessio, si intelligatur de conversione, quæ sit a libero arbitrio, ut
de præiudic. ac precipue sit a Deo non solum, ut ab efficiente vocante
et invitante per auxilium gratie præcurrentis, sed etiam cooperan
te per auxilium g^o. et pag. 60. de actibus supernaturalibus dixit
spectati præse, ut emanant a libero arbitrio tanquam a causa minus
principali. et pag. 60. de libero arbitrio ait. Est minus principalis efficiens ca.

Pag. 362. Utq; in morali auxilij efficacia persistentes huic questioni respondere coguntur nos metipsos nos discernere, et infra, isti actum conversionis a se metipsis habere gloriantur, et pag. 275.

— Molina —

Disp. 9. Pag. 43. nihilq; proinde habeatur iustus, quo a peccatore, immo ab infideli discernatur, de quo ita gloriari possit, quasi illud non acceperit, atq; adeo Deus Autor sit, ut vite nostre spiritualis, ita etiā incrementi ipsius. et pag. 60. atq; hunc est quod iuxta doctrinam Pauli, nullum eiusmodi actum, nullamue illius rationem, formam habeat is, qui iustificatur, ipsum ab eo, qui non iustificatur discernentem quam non acceperit supernaturaliter a Deo, atq; ad^o de qua gloriari possit, quasi eam non acceperit. Idem iterum repetit pag. 231. ad finem, et 240. in principio, et 429. id recte exponit.

12. Propositio Autoris.

Eisdem theologis tribuit quod sentiant hominem, qui ad Deum convertitur credere, sperare, et diligere sine aliquo auxilio efficienti, seu physico, in pag. enim 275. ait. Dicant moralis efficacie defensores, dum homo aliquis ad Deum convertitur sine auxilio physico, et efficienti quomodo non se discernatur? et pag. 229. dicunt auxilium efficax negari non posse, illud autem nequaquam efficiens esse. et pag. 266. dicit ab eisdem negari per gratiam efficientem actum generari.

— Molina —

Disp. 33. ait. tertio asseruimus preuenientem gratiam, qua arbitrium adulti aspici rante preuenitur esse fructum spūs sancti, quod ulterius efficienter concurret ac influit cum arbitrio ipso ad eorundem actus producendos. et disp. 36. late probauerat, Deum per suam gratiam efficientem cooperari ad actus supernaturales, et ibi. pag. 221. ait, Item gratia illa causa efficiens est una cum libero arbitrio eorundem actuum, et pag. 222. et 225. id sepe repetit.

13. Propositio Autoris.

Pag. 32. secundum eorum sententiam simul concurrunt ad effectum gratia, et liberum arbitrium, partialiter tri, ita quod non est effectus a gratia, ut a tota causa, nec a libero arbitrio, sed secundū partes ab una quoq; et pag. 94. ambo ex parte ad effectum conversionis nituntur, et pag. 171. sibi partem, et partem Deo suo iustificationis adscribunt.

— Molina —

Concedendum est Molinam non loqui de paritate effectus



612
sicut Autor imponit, sed potius de partialitate cause, ita scilicet
ut totus consensus a Deo fiat, sed non sine homine, et totus ab ho-
mine, sed non sine Dei preuenientia, et cooperantis auxilio, id
constat ex dissp. 36. pag. 221. Vbi ait. Quare quicquid illorum
actuum credendi scilicet, vel sperandi, totus est a libero arbitrio
et totus a gratia preueniente, seu a Deo per eam tamquam per su-
pernaturale primum in eundem actum influente, et a neutro
est ut a tota, et integra causa, sed ut a parte integre cause. et
pag. 222. idem proterius docet, idque propterea sepius repetit, ut
excludat errorem dicentium solum Deum per gratiam de se effi-
cacem habere influxum in hominis conuersionem, ac proinde ut
exponat liberum etiam arbitrium per gratiam eleuatum habere suum
proprium, et liberum influxum in totam illam liberam, et super-
naturalem conuersionem, quod iterum docet in dissp. pri. ad Lem
23. membro 3. pag. 450. Vbi de conuersione, que fit per actus
supernaturales, inquit, habere duas causas liberas, et aequaliter
earum tamquam a parte integre cause pendere potest, ac precipua
Deus est, qui per sua dona concursus et auxilia cooperatur totum
illum bonum usum, et singulas eius partes, posteriori minus precipua
est ipsum arbitrium quod libero suo influxu ad eundem superna-
turalem suum usum, et singulas illius partes cooperatur, quare
quem admodum totus, et singule eius partes a Deo pendunt, et effi-
ciuntur ita etiam a libero ipso arbitrio.

~ 14. Propositio Autoris. ~

Simile quoddam de duobus trahentibus nauim, quo Molina ad
explicandam predictam doctrinam inter alia dicitur et in contrario,
et erroneo sensu interpretatur Autor huius libri, ut scilicet Mo-
lina voluerit partem conuersionis fieri a Deo, et partem a libero ar-
bitrio, ita ut gratia non prebeat virtutem libero arbitrio, nec mo-
ueat illud, nam pag. 94. ait. Quem admodum de duobus trahentibus
Nauim, neuter alteri prestat virtutem, neuter mouet alterum,
sic aiunt, dum peccator ad Deum conuertitur, Deus non mouet
hominem ut conuertatur, et pag. 253. semper gratia precedit quam
humana subsequitur voluntas, non secundum partes, sicut duo
trahentes nauim, qui inter se opus, laboremque partantur, ut asse-
uerat Prima sententia. idem docet pag. 152. 171. 177.

~ Molina ~

Hoc vero quare manifeste sit contra expressa et clarissima verba
Molinæ constat, tum ex dictis circa precedentem propositionem,

et circa propositionem 4. ^{as} tunc etiam existit ^{ne} prima ad q. 29. mon-
 bro. 4. pag. 418. ubi cum dixisset actiones supernaturales totalitate effi-
 ce a deo, et a nobis, ita ut nulla sit ratio formalis, que non sit simul a deo,
 et a libero arbitrio, sed non totalitate ea, quia una sine altera non poterit
 actum illum efficere. Ad hoc totam propositionem accommodat illud simile
 dicens, quemadmodum quando duo trahunt Navium, nihil est in tractio,
 et motu, quod sit ab uno trahentium, et non sit simul ab alio, cum
 tamen totus ipse motus, totaq; alio quatenus spectatur, ut precise
 manat ab uno dicatur influxus illius, et quatenus spectat ut pre-
 cise proficiatur ab alio dicatur influxus alterius. Ecce evidentissi-
 mum est simile illud potius fuisse adductum a Molina non ad
 significandum partem motus fieri ab uno, et partem ab alio, sed
 ad omnino contrarium scilicet ad explicandum totum motum fieri
 ab uno, et totum ab alio, et pag. 458. idem recte exponit, et disp.
 12. ad q. 14. q. 6. si dixerat, in re tñ nullus effectus nullaq; actio,
 aut ratio formalis actionis, vel effectus est, que sit a libero arbitrio, et
 non simul, ac precise sit a deo cooperante et coadiuvante, quin
 potius totus effectus, totaq; actio totalitate, ut vocant effectus,
 et est a deo, et ab arbitrio nostro tanq; aduabus partibus, vixus integre
 cause, tam actoris quam effectus, non secus ac quando duo agentia
 movent mobile aliquod, quod neutrum eo in fluxu, quo actu influit,
 illud mouerat non cooperante alio vnusq; illorum agentiam magis
 ac principalius influit, quam aliud, quemadmodum n. tunc nihil est
 in eo motu, quod non sit ab unoquoq; illorum mouentium, sed particu-
 liter partialitate eae, et non effectus dñi. idq; aperte probat ex Concilio
 Tridentino.

15. Propositio Autoris.

Hanc propositionem, que in libro Molinae habetur, ex duobus equaliter
 ad fidem vocatis pro sola eorum innata libertate pot euenire, ut vnus
 amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat, ad hunc sensum
 erroneum autor libri detorquet, ut per illam significetur pro sola
 innata libertate, sine auxilio gratie preuenientis hominem consen-
 tite, et se disponere ad gratiam, ut constat ex pag. 34. et 104.
 et 109. et frequentissime intoto libro.

Molina.

Probat idem intoto suo libro ita liberum arbitrium a gratia eleuari,
 et moueri, ut tñ ipm postq; ita motum, et exortatum est, potit
 ex innata libertate Dei vocationi Deo ipso adiuuante consentire, vel
 ex suis tantum viribus illi vocationi dissentire, si velit, quod est certum
 ex fide, et definitum in Concilio Tridentino, et sepe arretitur a sancto



Aug^{no} consentire, vel dissentire vocationi proprie voluntatis est, atq[ue] alio liberum arbitrium motum a gratia, vel a Deo non se habere duntaxat, quemadmodum se h[ab]et penales motus a p[er]iculis, qui ex se non h[ab]et libertatem, qua proprio influxu consentire, vel dissentire possit, quam h[ab]et liberum arbitrium etiam postq[ua]m a Deo per gratiam prevenientem motum, et excitatum est, atq[ue] a Deo preter gratiam Dei prevenientem, et adjuvantem solam voluntatis libertatem ad conversionem desiderati, et hoc t[ame]n in p[re]d[ic]ta propositione fuisse clare significatum non solum constat ex p[re]dictis omnibus Molinae testimoniis, quibus gratiam prevenientem, et adjuvantem, esse omnino necessariam sequissime inculcat, sed etiam ex eodem met loco, in quo illam h[ab]et propositionem.

Nam in dispu^{ne} 12. pag. 52. et 53. ubi illam propositionem scripsit, adeo clare, et aperte docet in homine converte se ad fidem, vel ad gratiam se disponente procedere gratiam prevenientem, et nullum pro se dubitandi locum relinquit, quod vel ipsa verba, que Autor illius libri objicit, manifeste declarant, veluti ex duobus equaliter ad fidem vocatis unus pro sola libertate amplectitur fidem, si n[on] vocatus est, si iam h[ab]et gratiam prevenientem, quam in vocatione positam esse docuit concilium Trident. sess. 6. cap. 5. Ergo non excludit, sed includit gratiam prevenientem; et ipse etiam titulus illius disputationis hoc evidentissime supponit, et clarissime demonstrat, ita n[on] habet, Num sola prevenienti gra[ti]a pueniat, quod ex duobus alter convertatur, et alter non, Ergo supponit iam habere gratiam prevenientem, et querit an sola illa efficiat conversionem, an vero liberum arbitrium concurnat etiam p[er] suam libertatem, et ideo huic questioni respondens ait, Dicendum namq[ue] est, id non prevenire p[re]cise ex eo, quod illi qui convertuntur p[re]venientur a Deo gra[ti]a, et vocatione interna, Illi vero non licet n[on] nemo credere potest, ut ad salutem oportet, nisi p[re]veniatur a gratia divina (quid clarius dici poterat) nihilominus auxilium gra[ti]e non est sola, et integra causa, quod fidei assentiatur quandoquidem de fide est eum, qui p[re]venitur gra[ti]a, et vocatur ad fidem posse per suum liberum arbitrium non consentire, et non converti, et postea. quo fit ut non soli gratie prevenienti. Ecce iterum, et sepius gratiam prevenientem, tribuendum sit, quod ex audientibus euang[el]ii quidam convertatur, quidam non convertantur, sed suus et locus reliquendus sit libero arbitrio, cuiusq[ue] quia nimirum non fit conversio a sola gratia, sed etiam a libero arb[itr]o. per gratiam motu; et ideo subdit. A quo libero arbitrio p[re]cise ex[te]rie aux[il]io gratie pendet quod peccator convertatur, aut non convertatur. Ex quibus etiam manifestissimum est non excludere auxilium gratie adjuvantis, seu cooperantis, quod in eadem disputatione luce clarius frequentissime ostendit pag. 54. 55. 56. et in pag. 57. ait.

Is qui.



Is qui cooperatur grā auxilijs a Deo prevenitur, excitatur, vocatur, et adjuvatur. Id ipm docet pag. 58. 60. et 61. 228. et 229. ac tandem illam disputationem in qua eam habet propositionem his verbis claudit in pag. 61. quo fit, ut qm cum Conatio Tridentino dicimus arbitrium nostrum libere consentire Deo moventi, excitanti, et cooperanti, ad eiusmodi supernaturales actus, vel quod idem est influere in illos, et cooperandi ad illos non excludamus adiutorium, et cooperationem divinam, quin potius illam presupponamus, sed explicamus solum modum, quo Deo simul cooperante arbitrium nostrum libere in eisdem actus influat, et cooperetur, comparando precise eisdem actus cum arbitrio nro, quatenus est principalis, minusq; principalis efficiens eisdem actuum, atq; in hunc modum in posterum accipiantur, que a nobis in eisdem rebus dicuntur, licet. n. conabimur semper caute loqui, superfluum in, ac molestum esset hoc eadem in singulis propositionibus inculcare.

Cum q. dicit pro sola libertate posse convecti, aperiatur sensus est, quod supponit gratia preveniens, et prout exiit auxilio gratie cooperantis preter hec omnia solum exigatur cooperatio liberi arbitrii nostri. Unde est illa sola, nec excludit gratiam prevenientem, nec gratiam adjuvantem Deo cooperantis, ut per se patet, sed solum excludit necessitatem alterius grā prevenientis, seu sola efficiens, seu physice predeterminedantis, ut ipse ex ipso declarat in locis citatis, et pag. 224. et 240. in quo sensu predictam propositionem veram esse, et non solum a Picardo Sacer. Decano Louanienti, sed etiam a sanctis Chrysostomo, Aug^{no}, Isidoro, et Anselmo antea fuisse cum eodem termino exclusivo aperiatur alibi ostendatur.

Sed ut ne minimus scrupulus de sua sententia cuiq; super esse poterit iterum in disp^{ne} 36. eandem propositionem tractans in pag. 240. ait, quare si in summo rigore sit loquendum quando in duobus adultis dantur equalia auxilia grā prevenientis, neq; absolute affirmandum est cum equalibus auxilijs unum illorū convecti, et alterum non, nisi addatur grā prevenientis. Neq; item affirmandum est ex tribus in duobus adultis, equalibus auxilijs grā prevenientis unum eorum pro sola sua libertate convecti, et alterum non, qm licet conversio illa a libertate pendeat, fiatq; ab arbitrio pro sua libertate non in fit pro sola sua libertate, sed cooperante simul auxilio grā prevenientis per influxum, a quo sortitur rationem grā cooperantis, quamvis cum hic prout sit, gratiam q. prevenientem dependentem a cooperatione arbitrii comitetur, solum exigatur cooperatio libera arbitrii nostri, et ita nimis est in hac repetitione ut iterum veniam a legente petat, quod in his toties inculcandis molestus sit, et in appendice ad objectionem 2. pag. 20. et i. pag. 9. 22. art. 4. disp^{ne} prima membro. 6. idem in predicto sensu explicat, Mirum ergo est quomodo post tam manifestam, et toties repetitam illius propositionis explanationem in mentem alius cadere potuit ad tam contrarium, et erroneum sensum eam invertere. maxime cum etiam sine predictis explanationibus in predicto sensu sepius a Doctoribus, et etiam a Tribus illa et similes propositiones usurpentur.

16. Propositio Autoris.

Pag. 363. iuxta hanc igitur opinionem, voluntas sola, et ex se est sue conversionis, et iustitiae causa.



Oppositum euidenter constat ex omnibus dictis in quibus Molina docet
 solam voluntatem ex se nihil posse efficere, quod ad conuersionem conducat,
 nec etiam tamq[ue] remota dispositio, et ideo asserit, solum Deum eligere,
 predestinare, ac sua gratia preuenienti hominem mouere nullo modo ad
 hec omnia concurrenda libera hominis voluntate, post hanc autem gratiam,
 qua Deus prius na hominem preuenit, mouet, et trahit, Deum esse potissi-
 mam causam conuersionis, hominem vero cum Dei auxilio cooperantem
 esse causam minus principalem, ac proinde nihil ex se habere, quo se discernat,
 aut vnde gloriatur, cum eius conuersio principaliter fiat a Deo per aux^m efficax
 et docet pag. 232. et 235. ita ut quamuis ille qui libere conuertitur, conueniat
 cum altero, qui non conuertitur in aux^m gr^e preuenientis, habeat tñ gratiam
 adiuuantem, seu cooperantem, quam alter non habet, et preterea illud aux^m
 preueniens, sit in eo speciale beneum gr^e Dei, qui datur eo modo, quo prae-
 iet Deus habitudum effum; et quamuis ex professo non tractet de hoc, salz
 de gra. ut comprehendit omnia, que a Deo grati impenduntur, ut ipse aduer-
 tit in pag. 219. satis in illud expressit in pag. 30. ad medium, et 459. et
 504. ubi ait, existentibus dubis in lethali peccato quod Deus subueniat vi-
 ca auxilia largiendo cum quibus preuidet conuertendum, ac proinde, quod
 Deus ea ratione illius miseretur, dumq[ue] se ipsa educat de miseria peccati,
 alteri vero non tribuat ea, cum quibus preuidet sanandum semper illi re-
 linquendo auxilia sufficientia non esse ex eorum meritis, sed ex mera
 voluntate Dei, qui distribuit sua dono prout vult.

Post conuersionem autem, qua homo per illa Dei auxilia se ultimo ad iusti-
 ficationem disponit, docet infundi iustitiam salz gram iustificantem
 cum virtutibus infusis, et preterea asserit tam actus harum virtutum, quam
 illos, qui ad iustificationem disponunt non solum esse supernaturales quo
 ad modum, sed etiam quoad substantiam, et omnem rationem formalem,
 atq[ue] adeo ad has omnes actus esse necessarium auxilium supernaturale
 gr^e cooperantis, ac tandem ad perseverandum requiri speciale, et gratuitum
 donum perseverantia, cum j. doceat voluntatem ex se sola sine auxilio
 Dei, nihil efficere posse quo vel ad conuersionem, vel ad iustitiam se ponit
 disponere, vel eam causare, aut in ea perseverare quid magis directe
 opponi pot[est] ipsi, que autor illius libri illi adscribit dicens, juxta hanc
 opinionem voluntas sola est ex se suae conuersionis, et iustitiae causa.

Hec autem omnia ita aperte exponit Molina adeoq[ue] intota hac doctri-
 na sibi mot consentiens, et constans est, ut Autor ille, qui contrarias
 sententias illi tribuit, saltem Molina librum non legisse exis-
 tendus sit.